



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarum reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 4. Tam diu Testatoris ambulat voluntas, quam diu superest
vivendi facultas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

ca, quæ in tali Testamento disposita sunt, observari faciant.

Authoritas.

Desumptum est ex c. ult. de testam. ubi dicitur: Ultima voluntas Defuncti omnibus modis conservari debet.

Ratio.

Quia, cum quisque de re sua disponere pro arbitrio possit, nisi aliunde impediatur, hoc ipso, quod Testator ius suum ad relicta bona in certas Personas vel loca transfulerit, non possunt isti hoc jure acquisito privari; cum juxta Causam discretioni de eo, qui cognov. nemo debeat jure suo sine causa privari.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator certam quantitatem pro certo numero Missarum determinavit, non posse Hæredem mediam partem sibi servare, etiamsi possit pro altera parte invenire, qui constitutum Missarum numerum impendant, uti rectè sentit P. Gobat. tr. 3. n. 573.

Deducitur 2. Si Hæredi certò constat, voluntatem Testatoris fuisse, ut aliquid in piam causam expenderetur, ad hoc exequendum in conscientia obligari, etiamsi id in foro externo probare non possit, uti Laym. l. c. n. 5. docet.

Deducitur 3. Etiam Testamentum ad causam non potest factum probabilius implendum esse, si defuit solemnitas jure positivo requisitæ, uti Lessius l. 2. de Just. c. 19. apud Valens l. 3. tit. 2 r. n. 9. docet, & colligi videtur ex l. inutiliter. C. de fideicom. & §. ult. Instit. de fideicom. l. 2. r. d. nam ex tali voluntate ultima cognita oritur obligatio naturalis, solemnitas Juris verò tantum requiritur, ut sit in foro externo faciat & falsitas omnis, deceptioque evitentur, uti in l. Quæstionem. 32. C. de fideicom. dicitur.

PRINCIPIUM III.

Tamdiu Testatoris ambulat voluntas, quamdiu superest viverendi facultas.

Sensus.

Hoc est, quamdiu Testator vivit, tamdiu potest Testamentum

testamentum suum vel omnino annullare, vel pro libitu mu-

Authoritas.

Desumptum est ex Ulpiano l. 4. ff. de adim. leg. ubi ait: obolatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ summam exitum.

Ratio.

Quia, ut in l. 1. C. de Eccles. dicitur, nihil est, quod hominibus magis debeat, quam ut Supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit Stylus; & licet quod iterum non redit, arbitrium.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator factum à se Testamentum vel hæredis nomen deleat, vel sigillum auferat, ipso censeri voluntatem ultimam mutasse, uti in l. si unus & l. nostrum. C. de Testam. dicitur.

Deduc. 2. Si Testator aliud Testamentum priori dissimulatur, hoc ipso prius Testamentum irritasse censeri debet, ut in §. posteriore Inst. Quibus modis Testam. irritentur, dicitur.

Deducitur 3. Etsi Testator in priore testamento protegerit, se nolle in alio Testamento disposita valere, si in posteriori Testamento clausulam derogatoriam inserat, omnino prius Testamentum invalidum censeri debet, uti in l. Si quis à principio ff. de legatis defini-

PRINCIPIUM V.

Desideria morientium ex arbitrio viventium colliguntur.

Sensus.

Hoc est; Quando non satis constat, quid illi, qui è vita discesserunt, & varia bona reliquerunt, de iisdem bonis discederint, tum ad ea, quæ vel ipsi, dum vivebant, vel alii conditionis homines viventes disponere circa talia bona solebant, attenditur, & juxta ejusmodi voluntatem bonorum illius relicta distribuuntur.

M na

Autho-